



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

De modo viuendi, & alijs in Concilio seruandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

## Collectanea Doct. in Concil. Trid.

- 2
- pressum, quod debeat fieri derogatio specifica, intellegitur facta ex claus. Non obstantibus constitutionibus Apost. & alijs similibus clausulis generalibus, & citat Rot. in causa 5. Angeli pensionis 16. Decembris 1594. coram illustriss. Card. Pamphilio, & in Bononien. Prioratus 9. Iunij 1606. coram Patriarcha Manzanedo, de quo etiam Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 940. & 963. Ioan. Antonini. Massobi. in praxi habendi concursum, reg. 17. dub. 4. num. 8.
3. Episcopus vero, an contra Concil. dispensare valeat? Negant glos. verb. in estate, in cap. cum dilectus, de elect. Rebuff. in tract. nomin. quest. 5. n. 30. Guttier. de Iurament. confirm. p. 1. c. 51. num. 24. & Canon. lib. 1. cap. 5. n. 10. Henriquez d. cap. 57. §. 1. liss. C. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num. 33. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 27. num. 202. in princip.
4. Sed an possit ex magna causa necessitatibus, vel utilitatibus? Affirmant Tiraquell. de panis tempor. in prefat. n. 31. Lambertin. de iure patron. p. 1. l. 2. art. 19. q. 17. princ. num. 2. Cot. in memorab. verb. Episcopus Brunor. à Sole in locis communib. verb. dispensatio 1. Rebuff. in praxi tit.
- de dispensatione, ad plura beneficia, ex num. 30. Spin. in speculo testament. glos. 15. princ. à num. 8. Humada in l. 5. glos. 12. in fine, vers. limitati, tit. 5. part. 1. Sanchez de Matrim. l. 2. diff. 40. à num. 2. Cened. præst. & Canon. quæst. lib. 1. q. 30. à num. 5. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 5. num. 179. Mich. Gräß. tom. 1. commun. opin. l. 1. iii. 2. n. 67. vbi resolut. Episcopum posse dispensare super Concilium ex magna causa necessitatibus, vel utilitatibus, quando Concilium vel permituit dispensare, vel loquitur impersonaliter, vel vetando, vel permitendo, vel imponendo aliquam penam.
- An omnia decreta Concilij Trident. continent decreta irritans? Affirmant per constitutionem Pij V. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. quæst. 9. num. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 15. n. 37. Campan. in divers. Iuris Canon. rubr. 1 l. 2. n. 109. Ioan. Franc. Fagnan. in tract. de iustitia & valid. censor. p. 4. vers. Non adducatur.
- Vtrum autem iure & Constitutiones contra Concil. Trident. reducenda sint ad Ius commune? Affirmative proprio motu definitum Gregor. XIII. prout attestatur Henriquez. in summ. lib. 6. cap. 6. §. 6. in glos. liss. B.

### S E S S I O . II.

#### Decretum de modo viuendi, & alijs in Concilio seruandis.

1. Spiritus sanctus Concilio Generali legitimo assit. 3. Cœcilio generali an oës Christi fideles interesse debeat.
2. Concilia generalia auctoritate Papæ legitimè congregata in Fidei, & morum definitione errare non possunt;
4. Episcoporum munus quale.
5. Familiares Episcoporum quales.
6. Ordo in sedendo quis seruandus in Concilio generali,

**S**acredæ Tridentina Synodus, a in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea præsidentibus eisdæ tribus Apostolicæ Sedis Legatis, agnoscēs cū beato Iacobo Apoftolo quod omne datum optimum, & omne donum perfectum delurum est, descendens à Patre lumine, qui iis, qui postulant à se sapientiam, dat omnibus affluerter, & non impropperat eis, & simul sciens, quod initium sapientie est timor Domini: statuit, & decrevit, & omnes & singulos Christi fideles, in ciuitate Tridentina congregatos, exhortandos esse prout exhortatur, vt se à malis & peccatis hactenus commissis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sèpius confiteri, Eucharistia Sacramentum sumere, Ecclesiæ frequentare precepta denique Dominicæ, quantum quisque poterit, adimplere, neenon quotidie pro pace Principum Christianorum, & unitate Ecclesiæ priuatim orare velint: Episcopos verò, & quoscumque alios, in ordine sacerdotali constitutos ecumenicum Concilium in ea cunctitate concelebrantes, vt assiduè in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missæ quolibet saltem die Dominicæ, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis resurrexit, ac Spiritum sanctorum in discipulos infudit, peragere satagant, facientes, sicut idem Spiritus sanctus per Apost. præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus & cæteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus: vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiunent saltem singulis sextis ferijs in memorâ passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent: in Ecclesia autem cathedrali singulis quintis ferijs celebretur Missa de Spiritu sancto, cum Litanij, & alijs orationibus ad hoc institutis: in alijs verò Ecclesijs eadem: die dicantur ad minus fiant, sed ore & animo, celebranti assistatur: Et quoniam<sup>b</sup> oportet Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domini sua bene præpositos: hortatur etiam, vt ante omnia quilibet in mœsa seruet sobrietatem, moderationemque ciborum, deinde cum in eo loco iæpè otiosi sermones oriri soleant, vt<sup>c</sup> in ipsorum Episcoporum mensis diuinarum Scripturarum lectio admisceatur: sicut familiares verò suos vniusquisque instruat & erudiat, ne sint rixosi, vinoſi, impudici, cupidi, elati, blasphemari, & voluptatum amatores: virtus demum fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu & omnibus actibus honestatem præferant, sicut decet ministros ministrorum Dei. Adhac, cum huius sacrofanci Concilij præcipua cura, solicitudo, & intentio sit, vt propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram; Catholica veritatis lux, Iesu Christo, qui vera lux est, annuente, candor, puritas refulgeat, & ea quæ reformatione egent, reformatur: ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos hic cōgregatos, & congregandos, atque eos præfertim, qui sacrarum litterarum peritiam habent, vt sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum vijs & modis ipsius Synodi intentio dirigi, & opratum effectu fortiri possit, quo matrius & consuliū damnari damnanda, & probanda probari queant: vt per totum orbem omnes uno ore, & eadē fidei confessione glorificet Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi.

<sup>a</sup> Intra in secess. in decreto de obseru. in celebre Miss. b. 1. Tim. 3. c. Tit. 1. Tit. 3. c. fid. 9.7. cum. fam. Conc. Tol. 1. c. 7. Concil. Rhœm. 17. Euseb. in 4. decreto, & infra secess. 23. cap. 1. de 10. form. d. Euseb. 1. Episc. 3.

<sup>b</sup> In

### Sessio III.

3

In sententijs vero dicendis, iuxta <sup>f</sup> Toletani Concilij statutum, in loco benedictionis cōfidentibus Domini sacerdotibus, nullus debeat, aut immodestis vocibus peritrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falsis, vanis, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quidquid dicitur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, ut nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

<sup>f</sup> Insuper ipsa sacra Synodus statuit, ac decrevit, quod, si forte contigerit aliquos debito in loco <sup>g</sup> non sedere, & sententiam, etiam sub verbo, Placet, proferre, Congregationibus interesse, & alios quoscunque actus facere, Concilio durante, nulli propterea praeiudicium generetur, nullique nouum ius acquiratur.

Deinde induta fuit futura sessio ad diem Iouis quartam mensis Febr. proximò venturi.

<sup>f</sup> Conc. Tol.  
II. c. 1.  
Conc. Conf.  
seff. I. in  
primo cap. in  
loco 1. q. 4.  
Vide & 4.  
Tolet. c. 3.  
<sup>g</sup> Idem in  
conclusione  
repetitur.  
Episc. forma  
præscripta.  
est. I. Bisc.  
c. 24.

1. **a** In Spiritu sancto legitimè congregata.] Quod Spiritus sanctus Concilio generali legitimo immediate afflatus, resoluunt Iacobat, de Concil. lib. 10. art. 1. num. 205. Aragon. in 2. 2. D. Thom. q. 1. art. 1. pag. 88. Marc. Anton. Genues. in prætibz. Eccl. q. 782. num. 3. vbi quod sanctissimi Canones de instinctu Spiritus sancti dicuntur conditi,

2. Vtrum generalia Concilia auctoritate Summi Pont. legitimè congregata, seu confirmata, in Fidei & morum definitione errare possint: dixi latè in collect. ad cap. Concilia, dist. 17.


3. **b** Omnes, & singulos Christi fideles, &c.] An omnes Christi fideles interesse debeant Concilio generali: vide gloss. vlt. & scribentes in cap. vlt. de ys. que sunt à Pral. Iacobat, de Concil. lib. 1. art. 2. Turrect. lib. 3. sum. cap. 12. cum seqq. Alphon. Alvarez Guererro in thesauro Christiana Regig. c. 52. §. 7. Rendina in promptuariorū receptar. sentent. rom. 1. tit. 19. num. 1. quorum magis communis est opinio ad vocem decisum solùm Episcopos, alioquin superiores Praelatos conuocari, ceteros tamen eos, & seculares interesse posse ablique decisivo suffragio. Vnde Imperator, Reges, seu corum Legati non ad diffiniendum aliquid suffragio, nec vt eorum auctoritate, & potestate aliquid determinatur, in conciliis interesse possunt, vt docent Ioan. Eck, in locis communibz, aduersus Lutherum concil. 2. de Concil. Anast. Geron. de sacerorum immunis. lib. 2. cap. 12. Card. Bellarim. in contraria, lib. 1. de Concil. cap. 15. & 16. Valdes, de dignitate Regum, Regnorūq. Hispania, c. 1. num. 2.

4. **y** Et quoniam oportet Episcopos esse irreprehensibilis, &c.] De munere Episcopali, & quae ad illud recte obendum requirantur, latè dixi in meo tract. de officio & potest. Episc. p. 1. tit. 1. gloss. 1. cum seqq. & de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. ... & videndes Sebata. Medicus in tract. de promovendis Episcopis, & Claudius Iauis in speculo Praefatis. Aloys. Nouar. in Ecclesia sacra lib. 3. excursu 31. vbi num. 620, ita ait. Arrigant hic aures Praeules, arrigant Sacerdotes, & dum in aliorum exemplum se in Ecclesia positos considerant, omnium nos ac characteribus inscripti sint, à viutorum labore immunes sint, vt iure à subditis reprehendi nequeant, nullisque mali occasio sint. Talem requirit Episcopum Apostolus cum ait: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, que verba expendit eis. loco Petr. Damian. lib. 3. epist. 1.

ostenditque Episcopi veluti typi & sigilli notas non esse pretiosa vestimenta, sed probos mores, & bona opera, cùm Episcopi finitus sit, Bonorum operum scelerator. Sed S. Patrem audire pra stat. Consideremus interea quid super hac sententia Prædicator egregius dicat: Qui Episcopatum, inquit, desiderat, bonum opus desiderat, hic euidenter ostendit, nibil aliud esse Pontificem, quām boni operis sceleratorem. Non dixit bonam dignitatem, vel bonum honorem desiderat, sed qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: ac si dicat, qui ad Episcopatum anhelat possidendum sine bono opere inane: vult tamen inducere sine Dei ipsis veritate; moxque subiungit: Operet Episcopum irreprehensibilem esse. hic tanta: vult esse perfectionis Episcopum, vt penè extra naturam loquatur Apostolus; quis enim in carne constitutus tam cautè viviat? tam se sollicite vndique circumspiciat, vt reprehendi aliquando nesciat? Vx his, qui & reprehensibiliter viuant, & locum reprehensibiliter viuendi adhuc reprehensibilis concupiscunt.

**s** Familiare vero suos, &c.] Vide Fusci, de visit. lib. 1. cap. 3. num. 7. Marc. Ant. Gen. in man. Praelat. cap. 22. de familia Episc. Campan. in diuers. Iur. Can. rub. 4. num. 44. Metipsum de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gl. 16. & num. 5. & que ad num. 10.

**z** Insuper ipsa sancta Synodus, &c.] Qui ordo in sedendo & subscribendo, & in alijs actibus generalis Concilij servandis sit, vide Petr. à Monte de potest. Pontif. sub tit. Ordo assistentium in Concilio; & in Monarchia Concil. q. 5. Alphon. Alvarez Guererro in speculo Iuris Pontificij cap. 51. de origine celebrandi Concilium §. 6. Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 2. p. 2. cum seqq. Roch. de iurepatron. verb. honorificum. q. 42. Caffan. in catalog. gloria mundi p. 4. consil. 23. latè Iacob. Valdes d. tract. cap. 2. & num. 5. qui in processu eiusdem tract. num. 30. & cap. 3. num. 18. refert. Gallia, & Hispaniarum Regum Legatos in Tridentina Synodo super præcedentis in sedendo adeo magnam contentionem excitasse, vt in fine eiusdem Concilij hæc sint prolatæ verba. Declarat sancta Synodus ex loco assignato Orientibus Ecclesiasticis quām secularibus in jendendo, aut quilibetunque alijs actibus nullum enquam eorum fuisse factum præiudicium, sed omnis illorum Imperatorum, Regum, Rerum publicarum, & Principum suorum iura, & prærogatiwas illas, & salvas esse, in eodemque statu permanere prout ante præsens Concilium.



### S E S S I O . III.

#### Decretum de Symbolo Fidei.

1. Initium à Deo.

buit ab Apostolis. ibid.

2. Symbolum unde dicatur.

Credo, siue Symbolum Fidei, à quo tempore recitari capit in Missa, ibid.

3. Doctores de Symbolo Fidei agentes referuntur.

Confuetudo recitandi Symbolum Fidei ortum ha-

ecce. N nomine sanctæ, & indiuidue Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti.

**I** Hæc sacrosancta, cœcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicae Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus de extirpandis heresis, & moribus reformatiis, continentur, quorum causa præcipue est congregata: agnoscens autem cum Apostolo, non esse sibi collationem aduersus Barbos. Collect. in Concil. Trid.

A 2 car-